BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Viertel 9. Jh.
Seite 127
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

bant uertitatem quando omnis apud eum qui saluari potest aequalis est. qd autem ait.

Et beatus est qui cumq: non fuerit scandalizatus in me.

Et nuntios iohannis qui eum esse xpm non crediderunt aperte fidei scandalo castigat
& eidem iohanni qd quaerebat exponit quia dni saluos faciendi & dni exercitus mortis.
Ui sis enim tot signis tantisq: uirtutib: non scandalizari quisq: potuit sed admirari
sed infidelium mens graue in illo scandalum putauit cum eum & post tot miracula
morientem uidit. quid est ergo dicere beatus est qui non fuerit scandalizatus in me: nisi
apta uoce abiectionem mortis suae humilitatem q: signare. ac si patenter dicat. mirac qui
dem facio sed abiecta ppe & non dedignor. quia ergo morienti ore subsequor. Cauendum
ualde est hominib: ne in me mortem despiciant qui signa uenerentur.

Et cum discessissent nuntii iohannis coepit de iohanne ad turbas.

Quia turba circumstans interrogationis mysterium nesciebat & putabat iohannem dubitare
de xpo quem ipse monstrauerat ut intellegerent iohannem non sibi interrogasse sed
discipulis suis dignis eum laudibus accumulabat.

Quid existis in deserto uidere harundinem uento mouerī.

Quod uidelicet non asserendo sed negando intulit. harundinem quippe mox aura contige
rit in partem flectit. & quid per harundinem nisi carnalis animus designatur qui mox fauo
re uel detractione tangitur in partem quamlibet inclinatur. Si enim ab humano ore aura
fauoris flauerit hilarescit extollitur totum q: sequitur ad gratiam inflectit. sed si inde uen
tus detractionis erupuerit. unde laudis aura uenieba. mox hunc quasi in partem alterum
ad uim furoris inclinat. sed harundo uento agitata iohannis nonerat quia hunc nec blandi
gratia nec cuiuslibet iracunda asperum faciebat nec prosperae hunc erigere nec aduersa nouerin
clinare.

Sed quid existis uidere hominem mollibus uestimentis induti
ecce qui in uestimentis pretiosis & deliciis in domibus regum sunt.

Camelorum enim pilis uestitus iohannes fuisse describitur. Non ergo caelestis inquit.
sed terreno regno militant. hi qui pro dolore ppetua spem fugiunt sed solis exteriorib: dedi pre
sentis uitae mollitiem & delectationem quaerunt. Nemo ergo existimet in fluxu atq: stu
dio uestium peccatum esse. quia si hoc culpa non esset nullo modo iohannem dns de uesti
mentis suis asperitate laudasset & quamuis hoc qd iohannes non esse uestitus mollibus dicitur.
ppe significationem intellegi aliter potest. mollibus enim uestitus non fuit quia ui tra peccan
tum non blandimentis fouit sed uigore asperae inuectionis increpauit dicens. Geni
mina uiperarum quis uobis demonstrauit fugere a uentura ira.

Sed quid existis uidere prophetam utique dico uobis & plus quam prophetam

Propheta enim ppe mysterium est uentura dicere. non etiam demonstrare. Iohannes
ergo plus quam ppheta est. quia eum quem p currendo ppheta uenerat. etiam ostendendo
nuntiabat.